

ne ea lex abolere turis in hispaniam profectus. bello quod emptoris orsus
est. citeriorem hispaniam pacauit T. quintius flamininus. bellum ad
uersus lacedaemonios & tyrannum eorum. nabidem prospere gestum data
hispace qualem ipse uolebat. liberatosq; argis qui sub ditione tyranni
erant finit. Res praeterea in hispania & aduersus bolos & insubres
gallos feliciter gestae referuntur. Senatus tunc primum secretus
a populo. ludos spectauit. ut fieret sextus aelius paetus & L. cornelius cethe
gus censores interuenerunt cum indignatione plebis. coloniae plures de
ductae sunt. M. porcius cato ex hispania triumfauit. T. quintius flami
ninus qui filippum macedonum regem & nabidem lacedaemoniorum ty
rannum uicerat graeciamq; omnem liberauerat ob hoc rerum factarum
multitudinem triduo triumfauit. legati carthaginiensium nuntia
uerunt hannibalem qui ad antiochum confugerat bellum cum eo moliri
temptauerat autem hannibal per aristonem tyrium sine litteris car
thaginem missum ad bellandum poenos concitare. p. scipio africanus.
legatus ad antiochum missus. efesi cum hannibale qui se antiocho adiun
xerat conlocutus est. ut si fieri posset. metum ei quem ex pr. conceperat
eximeret. inter alia cum quae reret quem fuisse maximum impera
torem hannibal crederet. respondit alexandrum macedonum
regem quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset. quod
q; ultimas oras quas uisere supra spem humanam esset peragrasset.
quae renti deinde quem secundum poneret. pyrrhum inquit castram.
& ari primum docuisse. ad hoc neminem loca elegantius cepisse. prae
sidia disposuisse. ex sequenti. quem tertium diceret. semet ipsum dixit ri
dens scipio. quid nam tu diceres inquit si me uicisses. tunc uero me inquit

N
Scip. & hann.
pyrrhum.
Stara